



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Testamenti executor

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

TESTAMENTI EXECUTOR.

Executor
testamenti
multiplex.

Is non potest
esse Religio-
fus.

Servus po-
test.

Et nemo ad
hoc munus
cogi potest.

Et si electus
executor re-
nunciat. Vel
sit inhabilius.

1. **E**xecutores ultimarum voluntatum alii sunt legitimi, & constituantur a jure, alii testamentarii & constituentur ab homine. Item, alii universales totius hereditatis, alii particulares aliquorum legatorum. Et quidem testator nominare potest in executores eos omnes, qui non repelluntur a jure. Religiosi non possunt esse executores testamenti. **P**otest tamen testator executorum nominationem alicui Religioso etiam ex Minoribus committere, qui postea nominate eos poterit cum licentia. Vide Sanchez in sum tom. 2. l. 6. c. 11. numer. 41. p. 5. tom. 3. ref. 127. in fine.

2. Servi possunt esse executores Testamenti, quia ea quae sunt audi ministerii, & facti, quale est hoc munus, possunt per servum adimpleri. Item quia spiritualia, & pietatis opera, quale est hoc, cadunt in servum. Sanchez in opus. tom. 2. lib. 4. c. 1. dub. 40. num. 13. contra Sylvestrum V. Testam. 2. quest. 1. dist. 5. p. 7 t. 7. ref. 42.

3. Nemo tamen cogi potest ad acceptandum officium executoris a testatore relictum. Etiam si sit consanguineus testatoris Sanchez in opus. tom. 2. lib. 4. c. 1. dub. 42. num. 4. contra Padillam in l. 1. ff. de legat. 2. num. 28. Et quādū exp̄s̄ vel tacitē eo modo, quo explicat Sanchez loco citato non acceptavit; potest illud non acceptare & renuntiare sive peccato, contra Spino in spec gloss. 28. num. 18. nam alias hoc officium, non esset voluntarium, contra communem. p. 4. t. 4. ref. 162.

4. Nolente autem executore testamento officium acceptare, executor erit Episcopus. Ancharanus in c. religiosus, de ref. in 6 numero 2. Ubi idem docet in casu, quo testator nominaret in habitum (quales sunt surdus & mutus, uait Angelus V. Executor, num. 2. p. 51, 6 ref. 28) aut nominatus obiret. Et sanè

Episcopus est executor legatorum piorum, privativè quoad laicos, & post annum etiam prophanorum, ut dictum est V. Legatum, numer. 12. & 13. non hæres & executor habent annum in foro externo ad solvenda legata. Sed tamen in foro conscientia statim tenentur, ut dictum est ibid. numer. 11. nec valer excusatio, quod differant solutionem ad vendendas interim res defuncti majori pretio: nisi hoc fiat ad modicum tempus, ut rebus melius venditis, copiosiores dentur eleemosynæ. p. 4. ref. 4. ref. 162. **E**t tandem.

TESTAMENTUM
Privilegium.

I

Neer Testamenta Privilegiata, numerantur Testamentum ad pias causas, tum ad pias Testamentum tempore pestis, & Testamentum militis.

1. Testamentum ad pias causas censerur, quando haeres est pia causa, aut quando substitutionis via hereditas devinit ad pias causas. Quod si aliquis alius esset haeres, quamvis ibi plura essent legata pia, non censeretur Testamentum ad piam causam. Ita Villalobos in sum. tom. 2. tract. 30. diff. 4. num. 2. p. 7. t. 6. ref. 1.

2. In quo quidem Testamento ex Valet sine solo solemnitates requiruntur, quae lemnitatis sunt juris naturalis gentium, & Divini busturis cœvilia.

Unde licet de jure Civili Testamentum ad pias causas factum non sit validū, nisi solemnitates, qua de jure civili ad Testamentorum ordinationem requiruntur, adhibeatur, ut tenet Mætita de coniect. ult. volunt. l. 6. ir. 3. n. 4. De jure ta. In solo orbem men Canonico contrarium dicendū est, prout textus sunt expressi, in c. cum esses: & c. relatum extra de test. Atque hoc jus Canonum, quoad Testamentū ad pias causas conditum, nō solum in terris Ecclesiæ, sed etiam in non subjectis Pontifici valere, solidē probat Tannerus in defen. Eccl. libert. l. 2. c. 8. modo ad sint duo testes; quos notat Mazuchel. de cas. refer. Sssss 2. diff.